

fol. 77', pag. 1

folium 2. Brück.
ordinat P

non ord. Goud ou
Roud P

1
Wladislaus gloriosissimo et serenissimo
regi Bohemorum inclito et semper victori, Vin-
centius licet indignus, Dei tamen gratia et
sua sancte Pragensis ecclesie canonicus et
notarius, cum oratione et servicio, per longa
tempora triumphare feliciter et post tot
regales triumphos in eterne beatitudinis
coronari gloria,

Plerumque ex negligentia scriptorum
seu inopia regum et virorum fortium
gesta, quia scriptis non fuerunt mandata,
sine memoria interisse dubium non est.
Multarum etenim urbium structuras,
aliarum ruinas videmus, sed quis earum
constructor seu destructor extiterit incertum
est. Multorum autem fortia gesta viro-
rum ex venerabili scriptorum memoria
in perpetuum durare, tamquam nuper
sint facta, est certissimum. Abrahe nam-
que fides, Ioth liberatio, Moysi miracula,
Josue bella, virtus Samsonis, fortitudo
David, sapientia Salomonis, pul-